

*Lib. XXXVII. Tit. I.*  
**De Bonorum Possessionibus.**

§. 1. *Bonorum Possessio* est jus succedendi in universum jus defuncti à Prætorè ob id implorato concessum. Idemq; subinert, ac Hereditas quoad rem, cum relatione ad Prætoris officium spectata. Ejus

§. 2. (1) *Subjctum relativum*: h. e. is, qui confert bon. poss. est Prætor, h. e. quivis Magistratus competens ob id implorato.

*Subjctum correlativum*: Obtinet bon. possessionem is Cui hereditas s. successio debetur ex equitate, & quidem vel magis, ac stricto Jure, ut sunt emancipati Cognati, Vir, Uxor.

vel æquè ac stricto Jure, ut, sui legitimi, &c.

§. 3. (2) *Objectum* sunt *Bona*, quæ denotant h. l. universitatem, s. universum jus mortui, commoda simul & incommoda completens. Unde

*Possessio* etiam h. l. juris magis est quàm corporis.

§. 4. (3) *Forma*: Bonorum Possessio consistit in jure successorio à Prætorè (ei cui debetur id jus deputante) impetrato, Ubi not.

I. à parte *Subjcti correlativi*

1. *Actus primus*, nempe *Habilitas* & competentia.

Habilis est qui lege non prohibetur l. 12. §. 1. h.

2. *Actus secundus*, nempe *Agnitio*.

§. 5. *Agnoscere* b. poss. quispiam potest, etiam per alium, modò post ratum habeat. Aliàs agnoscit b. p.

*Pater* nomine infantis.

Non tamen ejus (scientis) intermissio nocet infanti.

*Filius* s. ipse. Sed ut patri profit, is in tempore consentiat.

Interim, alterius dissensus alteri non nocet.

*Tutor* nomine pupilli: *Curator* nomine curandi.

§. 6.